Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

temporis s. seminocturni. Pro habendo aut tempore diurno duplo 8 horas & 7 mi. puenient 16 hora & 14 mi. q auferatur à 24 horis & remanebit 7 hora & 46 minuta. cuius dimidium sunt 3 hora & 53 minuta tempus s. semidiurnum, quod addat tempori apposito s. 6 horis & 30 minutis ob occasum solis numeratis puenient 10 hora 23 mi. s. tempus Astronomicum.

Numerata uero hora ab exortu solis, hoc modo reducatur ad tempus Astronomicum. Elice tempus seminocturnum & tabula quantitatis dierum cui addant 12 hora & tempus primitus ac puenient tempus reductum. Inuenit aut tempus seminocturnum si cum signo & gradu solis in qb. sol illo ipso die uersatur: in gdior tabula quantitatis dierum & excerpo horas & minuta loco solis respondentia. Cum aut sol erit in signo meridionali tunc inuenitur in tabula tempus seminocturnum. Si uero sol signum septentrionale occupauerit puenient tempus semidiurnum, quod duplat & à 24 horis detractum integrum nocturnum spatium relinqt, cuius dimidium sumo pro tempore seminocturno. Ut exempli causa sit thema coeli configurandum ad die 27 Iulii & hora sexta numerata ab exortu solis. Versatus aut est sol eo ipso die in 13 gradu Leonis cui in tabula quantitatis dierum sub elevatione nostri poli s. 52 gr. respondet hora & 11 minuta temporis semidiurni, & qa sol in septentrionali signo uersat, duplentur 8 hora & 11 minuta ac puenient 16 hora 22 minuta, q detracta à 24